226
E. 44

142

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

~~11 K I: 163~~
226 E 44
N. Kr. 795

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

Herasmi Roterodami

opus quadripartitū pulcherrimum
cōtinēs in ſe Cōcionem de puero
Jeſu Et orationē ad deuz Et
peana ad diuā virginez
Vna cū elegātiſſima
quadā oratiōe Ad
deiparā mariaz
felici ſidere
incipit

❧ Bartholomei Coloniēſis Carmē hexaſtichon

❧ Equoris ad ſtellā tollūt ſua lumina naute
Ut tandē ad portū: perueniant placidū.
❧ Sic peccatores: ſcelerū ſub faſce grauati:
Ad dextrā Marię: virginis aſpiciūt
❧ Dimiſſis vicijs vt tandē ad ſydera Celi
Perueniāt Marię ſubueniēte manu:

Venūdantur Dauentrie
in ędibus Jacobi de Breda

KONINKL.
BIBLIOTHEEK
TE 'S HAGE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

¶ Ad Lectorem

Habes hic religioſe precationes quibus ad mētem deo tuo dignam peruenias. Habes hic Ludi magiſter eruditū plenumq; bone frugis libellulum. quo vno ad pietatē poſſis creditam tibi puericiam inſtruere. Habes hic puerule preculas. quibus ſi ſepe vteris ⁊ orationem tuam cultiorē feceris ⁊ omnino ruſticas illas precatiunculas quibus barbari ⁊ literature omnis expertes homines nimiſq; delectantur) facile promeris contempſeris ineptijs. Uale ⁊ gemmas ſine p̄cio precioſas argenteo emere nummulo nō ſit graue.

¶ Concio de puero Jeſu.

PUer apud pueros verba facturus de ineffabili puero Jeſu: nō optarim mihi Tullianā illā eloquentiaʒ: que breui atqʒ inani voluptate aures delineat. Quātum enī abeſt Chriſti ſapiētia a ſapientia mūdi (abeſt autē ab immēſo interuallo) tātū oportet chriſtianā eloquētiā a mūdana differre eloquentia. Sed illud vna mecuʒ ardentibus votis impetretis velim ab optimi Jeſu optimo patre deo: a quo ſeu fonte bonorū omniū ſumma proficiſcitur: quiqʒ ſolus fecūdo illo ſuo ſpiritu linguas infantiū reddit diſertas vel e lactētiū ore laudē abſolutā depromere ſolitus vt quemadmodū oīs noſtra vita nō aliū exprimere debet q̄ ipſum de quo dicturi ſumus Jeſū: ita ⁊ orō noſtra illum ſapiat: illū referat: illū ſpiret: qui ⁊ verbum eſt patris: ⁊ verba vite ſolus habet: cuiꝰ ſermo viuꝰ ⁊ efficax penetrātior eſt quouis gladio ancipiti ad intimos etiā cordis receſſus penetrans: vtqʒ ipſe: de cuius ventre flumīa promanant aque viue: nō grauetur per organum vocis noſtre veluti per cannalē in omniū vr̄m aīos influere: multoqʒ gratie celeſtis irrigare ſucco. Jd ita futurū cōfido commilitones mei chariſſimi: ſi piis votis purgatas ac vere ſitiētes aures adiūgetis eas videlicet aures q̄s eternus ille ſermo requirēs in Euāgelio. Qui habet (inquit) aures ad audiendū audiat. Nos porro cur nō audiamus rem hanc arduā quidē illam ſed tamē piā aggredi: preſertim ipſo adiutore deo: in quo hoc plus poteſt mortalis īfirmitas: quo minus ſuis nititur viribus: et in quo Paulus omnia ſe poſſe gloriatur. Jam vero cuʒ tanto ſtudio flagrent iſti: qui mūdane hoc eſt diabolice militie dedere nomina vt ſuū quiqʒ duceʒ laudibus vehat: nobis quid prius aut antiquius eſſe debet q̄ʒ vt preceptoreʒ vindiceʒ imperatorem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

noſtrū Jeſum: at eundem quidē omniū ſed tū peculiariter noſ
trum id eſt puerorꝫ principem: certatim pijs celebremus pre/
conijs. Sed in primis: cognoſcere ſtudeamus: cognituꝫ lau/
demus laudatū amemus: amatū exprimamus atqꝫ imitemur
imitantes eo fruamur: fruentes immortali felicitate potiamur
Sed in tam vbere tāqꝫ immenſa rerum copia: vnde queſo ini
tiū aut vbi finem noſtra reperiret orō: cum is de quo loqui pa
ramus fons ſit vel vt verius dicā Oceanus bonorū omnium
Uerū vt ipſe natura incōprehenſus et infinitus: tū ſeſe velut
in arctū cohibuit contraxitqꝫ: itidē ꝛ noſtra oratio in explican/
dis eius laudibus: que modū ad huc neſcit modum tū ipſa ſi/
bi faciat oportet. Equidē tria potiſſimū eſſe video: que vel diſ
cipulorū vel militū animos ſolent ad grauiter agendū inflam/
mare: ducis admiratio amor ꝛ premiū. Itaqꝫ quo preceptori
noſtro ac duci Jeſu ſtudijs alacrioribus pareamus: agedum
ſingulatim hec in eo pia curioſitate conſideremus. Primo lo/
co q̄ ſit ſuſpiciendus vndiqꝫ ac ſtupendus: deinde q̄topere di/
ligendus atqꝫ ob id imitandus: poſtremo q̄ ingens dilectōis
fructus. Ac mos quidem eſt. Rethorū in hoc dicendi genere
illuſtrium principū adhibere exempla: videlicet quo collatiōe
creſcat is quē conātur laudibus attollere. Uerum imperator
noſter vſqꝫ adeo ſuperat oē celſitudinis humane faſtigium vt
quicquid q̄tumuis egregiū adhibueris tenebras admoueris
non lucē. Cuius em̄ imagines ac nataliū ſplēdor nō videatur
eſſe ſummus: ſi cum Jeſu cōponas: qui quideꝫ ineffabili imo
etiā icogitabili ratione deus a deo ſemper abſqꝫ tempore naſ/
citur eterno ſummoqꝫ parenti per oīa equalis. q̄q̃ꝫ huius vel
humana natiuitas nonne facile regum omnium claritatē ob/
ſcurauerit: quippe qui ſtupēte rerꝫ natura aucthore patre afflā

te ſpiritu pronubo angelo: citra virilem operā virgo de virgie
celitus grauida nat⁹ eſt homo in tempore: at rurſuȝ ita natus
homo vt neqȝ deus eſſe deſineret: neqȝ ſordiū noſtrarū quicqȝ
oīo cōtraherit. Jam vero quid eo fingi poteſt amplius: qui in-
fuſus per oīa nullo tamen loco cohibitus in ſe ipſo manet im-
menſus. Quid illo ditius: qui ſummū illud eſt bonum: a quo
bona promanant omnia: nec tñ ipſe diminui poteſt. Quid illu-
ſtrius eo: qui ſplendor eſt paterne glorie: quiqȝ ſol⁹ illuminat
omnē hominē venientē in hunc mundū. Quid illo potentius
cui pater omnipotēs vniuerſā tradidit poteſtatem in celo et in
terra. Quid efficacius eo: qui ſimplici nutu cōdidit vniuerſa:
ad cuius iuſſum ſileſcit mare: vertūtur rerum ſpecies: fugiūt
morbi concidunt armati: pelluntur demones: ſeruiunt elemēta:
ſcinduntur petre reuiuiſcūt mortui: reſipiſcunt peccatores de-
niqȝ nouantur oīa. Quid auguſtius eo: quem admirantur ſu-
peri: tremunt inferi: medius hic orbis ſupplex adorat: ad cui⁹
comparationē ſummi reges nihil aliud qȝ vermiculos eſſe ſeſe
confitentur. Quid eo fortius inuictius qui ſolus mortem a-
lijs inuictam: ſua morte deuicit ac Satane Tyrannidē celeſti
virtute demolitus eſt Quid triumphantius eo: qui perfractis
ac ſpoliatis inferis tot pijs comitatus animabus: victor celos
adijt ibiqȝ ſedet ad dexteram dei patris: Quid illo ſapientius
qui tam admirabili ratione cuncta condidit: vt in apicula: tot
tantaqȝ ſue ſapientie reliquerit miracula: quiqȝ tam ſtupendo
rerum ordine atqȝ harmonia nectit: continet adminiſtrat vni-
uerſa: obiens omnia: nec tamen a ſeipſo diſcedens omnio mo-
uens: ipſe immotus omnia concutiens: ipſe tranquillus poſ-
tremo in quo id quod ſtultiſſimum eſt: vniuerſam mortalium
ſophorum ſapientiam longo ſuperat interuallo. Cuius debet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

nobis eſſe grauior aucthoritas ꝙ̃ eius de quo pater ipſe palã
eſt teſtificatus: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi con-
placui ipſum audite. Quid eque reuerendum atq; is: cuius o-
culis proſpicua ſunt omnia: Quid perinde formidandū: qui
ſolo nutu poteſt ⁊ animam ⁊ corpus in tartara mittere Quid
aūt formoſius eo: cuius vultum intueri ſūma eſt felicitas De-
niq; ſi multis precium reddit antiquitas: quid illo antiquius
qui nec initium habet nec finem eſt habiturus. Sed fortaſſe
magis conueniret vt pueri puerum admiremur: quādo quidē
hic quoq; ſtupendus occurrit: vſq; adeo quod illius eſt īfimū
ſublimi⁹ eſt his: q̄ ſunt apud homines excelſiſſima. Quantus
erat ille: quē infantulū vagiētem pannoſum abiectum in pre-
ſepi. tamē celitus canunt angeli ad orāt paſtores adorat ⁊ que
genuit: agnoſcūt bruta aīantia indicat ſtella: venerātur magi:
timet. Herodes: trepidat omnis. Hieroſolyma: ſanctus am-
plectitur Simeon: vaticinatur Anna in ſpem ſalutis erigunt
pij: o humilem ſublimitatē: ⁊ ſublimem humilitatē: Si noua
miramur: quid ſimile vnq; aut factum aut auditum aut cogi-
tatum: Si magna ſuſpicimus quid noſtro Jeſu modis om-
nibus amplius: quem nulla creatura poſſet vel exprimere vo-
ce: vel cogitatione concipere Huius magnitudinem qui velit
oratione complecti is multo ſtultius agat quam ſi conetur va-
ſtiſſimum. Oceanum anguſto exhaurire cyatho Adoranda eſt
eius immenſitas magis quam explicanda: quam vel hoc ipſo
magis mirari conuenit: quo minus aſſequimur. Quid in nos
id faciamus: cum magnus ille precurſor indignum ſeſe pro-
nunciet qui corrigia calciamentorum eius ſoluat. Agite igit
pueri ſuauiſſimi hoc tam inclyto puero Jeſu preceptore: hoc
taz inſigni duci ſancta ſuperbia glorięmur: huius ſublimitas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

vobis ad pie audiendum aīos addat: in hoc vno nobis ipſi placeamus: vt exiſtimantes illius oīa nobis eſſe communia: nos ipſos meliores arbitremur: q̄ꝫ qui ſemel tali addicti imperatori mūdo vicijſue ſordidiſſimis vtiqꝫ dominis fuiam⁹.

¶ Secunda pars.

Sed admirantur ꝛ cōtremiſcunt etiaꝫ demones amant ſoli pij Quamobrē altera hui⁹ oratiōis pars vt ꝓpri⁹ ad nos pertinet ita eſt attentiorib⁹ auribus accipiēda: videlicet ꝛ quot nominibus Jeſus ſit nobis amādus vel redamādus magis: vt qui nos ꝛ nondū cōditos ante omne tempus amarit in ſe: in quo iam tū erant omnia. Jtaqꝫ natiua ſua bonitate cum nihil eſſem⁹ finxit autem non quoduis animal ſed hominē: ꝛ finxit ad ſui ipſi⁹ imaginē hoc eſt ſummi boni capaces ac ſacro ſui oris afflatu ſpiritū vitalem indidit. Ad hec ceterꝫ animātib⁹ iperio nr̄o parere iuſſis quinetiā āgelis ī noſtri tutelā deſignatis latiſſimam hāc ac pulcherrimā mūdi fabricā noſtris addixit vſib⁹. Jn q̄ nos velut in admirabili quodam theatro nos conſtituit: vt in reb⁹ creatis opificis ſapiētiā admiremur bonitatē amaremus potētiā veneraremur q̄qꝫ id magi⁹ fieret tot ſēſuū adminiculis inſtruxit tot animi dotib⁹ ornauit tā ꝓſpicaci ingenij lumīe cōdecorauit. Quid hoc aīante fingi poterat vel admirabili⁹ vel felicius: Sed o ſēper felicitatis comitem inuidiam. Rurſum ſerpentis aſtu in peccatum hoc eſt pluſq̄ꝫ in nihilum relapſus eſt miſer. Sed tu rurſum optime Jeſu quam ineffabili cōſilio q̄ꝫ inaudito exemplo q̄ꝫ incomparabili charitate tuū figmentū reſtituiſti: nam ita reſtituiſti vt labi propemodum expedierit eamqꝫ culpā q̄dā nō abſurde felicez vocauerit. Omnia debeamus conditori: ac reparatori pluſq̄ꝫ oīa debemus. Ultro te-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

metipſum e regno patris in hoc nr̄m exiliū demiſiſti vt nos pa-
radiſo exactos celi ciues redderes: nr̄am humanitatē aſſump-
ſiſti vt nos in tue diuinitatis cōſortium aſciſeres: nr̄m hūc li-
mū induiſti vt nos imortalitatis gloria veſtires: nr̄a tect⁹ for-
ma nobiſcū i hoc calamitoſo mūdo cōplures annos agere vo-
luiſti vt vel ſic i tui raperes amorē: nudus in hāc lucē imo noc
tē emerſiſti nobiſcū atqȝ adeo ꝑ nobis vagiſti: ſitiſti: eſuriſti al-
ſiſti: eſtuaſti: laboraſti: delaſſat⁹ es eguiſti: vigilaſti: ieiunaſti:
tot malis nr̄is obnoxius eſſe voluiſti: vt nos ab oībus exēptos
malis in tui hoc eſt ſūmi boni cōmunionē aſſereres. Deinde ꝑ
omnē ſanctiſſime vite tue ſeriē q̄ȝ efficacib⁹ exemplis animos
noſtros inflammas q̄ȝ ſalutaribus preceptis erudis ac formas
q̄ȝ ſtupendis miraculis experge facis: q̄ȝ blandis monitis tra-
his: q̄ȝ certis ꝓmiſſis inuitas: vt nō ſit alia cōmodior via ad te
niſi per te ipſum: qui vnus es via veritas ⁊ vita. Sed viaȝ nō
indicaſti modo verū etiā aperuiſti: dum pro nobis vinciri tra-
di dānari rideri cedi conſpui vapulare probris affici: demū et
in ara crucis agn⁹ ſine macula imolari voluiſti: vt nos tuis vi
culis ſolueres tuis ſanares vulnerib⁹ tuo leuares ſanguīe tua
morte ad imortalitatē eueheres: in ſumma totū te nobis impē
diſti vt (tui ſi fieri poſſet iactura) nos ꝑditos ſeruares: vite red-
dit⁹ toties tuis apparuiſti atqȝ illis intuētibus patrem reperi
ſti vt membra confiderent eo ſe peruentura quo caput iam pre
ceſciſſe conſpicerent: deinde quo magis confirmares amicos
patre placato egregium illud perpetui amoris tui pignus mi-
ſiſti ſacrum illum ſpiritum quo mortui mūdo longe verius ac
felicius iam viueremus in te quam noſtro hoc ſpiritu viuim⁹
Queſo quid his ſumme charitatis argumentis poterat acce-
dere: ne hec quidem tam multa tam magna flagrantiſſimo tuo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

in nos amori ſat erant. Quis enī commemorare poſſet: quot
martyrum mortibus nos ad huiꝰ vite conteptum animas: ꝗ
virginū exēplis ad cōtinentiam accēdis: quot ſanctoꝝ monu‑
mētis ad pietatē ſollicitas: ꝗ admirādis eccleſie tue ſacramen
tis cōmunis pariter ac ditas: vt cō ſolaris erigis armas doces
mones trahis rapis mutas transformas nos arcanis tuis lit
teris in ꝗbus viuas quaſdaꝫ tui ſcintillulas cōdi voluiſti mag
num amoris incendiū excitaturas: ſi ꝗs modo pia diligentia
conetur excutere deniqꝫ ꝗ vndiqꝫ nobis obuius es: nequādo
liceat obliuiſci tui. Ad hec ꝗ paterne tolleras peccātes ꝗ cle‑
menter recipis ad te redeuntes: Nec imputas benefacta tua
īgratis: nec reſipiſcētibus noſtra imputas malefacta: vt ſub in
de tacitis vellicas ac trahis inſtructibus vt emendas aduer‑
ſis: vt allicis proſperis vt omnē moues lapidē: vt nuſꝗ ceſſat
ardentiſſima charitas in fouendis: aſſerendis: tuendis: bean
dis nobis. Sed ꝗ pauca de tam innumeris perſtrinximꝰ cō‑
militones ⁊ tamē videtis ꝗ ſit immenſus beneficiorum acer‑
uus. Eat nunc ꝗ volet ⁊ Pylades Horeſtes Pirithoos The
ſeos Damonas ac Pythias verbis phaleratis efferat mera pre
his: nugamenta. Atqꝫ hec quidē cōtulit vltro nihil ꝓ meritus
imo trāſfugis atqꝫ hoſtibus ⁊ a quibus nihil oīo mutui bene
ficiꝫ redire poterat: Sed mediocribus officijs homines ad a‑
mandū hominē accendimur: hunc conditorē: vindicē: ſic: a‑
mantē: ſic pro meritum: nō redamabimus: quādoquidē hāc
ſolā gratiā ille a nobis repoſcit quā tamē ipſam in noſtrū refū‑
dit lucrū. Adamas ſāguine molleſcit: hircino: aꝗle leones par
di: dracones agnoſcūt ac referūt beneficiū: ⁊ o duriciā cordis
humani pluſꝗ adamātiā: ſi tā iaudita charitate nō miteſcit: o
īgratitudinē pluſꝗ beluinā ſi tātoꝝ meritoꝝ poteſt obliuiſci: o

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

ſingularem imprudẽtiã dicã an potius dementiam: ſi ſic con/
ditus: ſic reſtitutus: ſic locupletat᷑ tanta obrutus beneficia ad
tantas vocatus ſpes quicq̃ amare poteſt: preter illũ vnũ in q̃
⁊ a quo ſunt oĩa quicq̃ nobis omnia ſecũ impartit. Porro aũt
cũq̃ hec mortalis oĩs complectitur: tũ nos illi peculiariter de
bemus propterea q̄ in noſtrũ hoc eſt puerorꝝ ordinẽ ſingulari
quadã propenſione atq̃ indulgentia fuiſſe ſeſe pluribus deco
rauit argumentis Primũ q̄ ita vt erat vatũ oraculis ꝓmiſſus
puer paruulꝰ naſci voluit: cuȝ eſſet ĩmenſus. Preterea q̄ ad/
huc vteri virginei latebris incluſus ĩfantis itẽ nõdũ nati geſtu
atq̃ exultatione gauiſus eſt ſalutari. Deinde q̄ ſtatim innocẽ/
tiũ puerorũ ſanguine ſuaȝ natiuitatẽ voluit conſecrari: vt his
quaſi velitibus dux inuictus bellũ auſpicaretur. Adde his q̄
inſtante morte triumphali. Hieroſolimã veniens puerorũ oc
curſu atq̃ officio decorari puerorũ voto ſuas laudes decanta/
ri maluit. Jam vero q̃ amantẽ q̃q̃ ſollicitũ puerorũ patronũ
agit: cũ matribus infantes ſuos offerentibus vt Jeſu cõtactu
conſecrarentur: diſcipulis ne poſſent admitti vetantibus in/
dignans. Sinite (inquit) paruulos venire ad me: neq̃ vero
pueris benedixit tantum: verumetiam negat vlli mortalium
aditu3 patere in regnum celorũ: niſi qui ad paruulorũ formaȝ
deſcẽderit Rurſum q̃ amãter ⁊ illud: cũ tam grauiter deterret
ab offendẽdis puſillis: affirmans magis expedire vt molari ſa
xo collo alligato preceps in mare detur aliquis vt vnũ quẽli/
bet ex his paruulis offẽdat. Atq̃ his q̃ inſigne addidit elogiũ
ad puerorꝝ cõmẽdationẽ. Amẽ dico vobis: ãgeli eorꝝ ſẽper vi/
dẽt faciẽ patris. Gratias agit tibi hic tuus tibi q̃ dicatus grex
Jeſu preceptor: cui queſo vt ſacras tuas manus ſẽper admo/
uer᷑ velis: ⁊ ab oĩ ſcãdalo ꝓcul arceas Quid illõ nõne magnus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

amoris incendiũ: cũ puerũ in medio collocatũ diſcipulis eum
exẽplũ ꝓponit. Niſi inq̃ens cõuerſi fueritis ⁊ efficiamini ſicut
paruulus iſte nõ intrabitis in regnũ celoꝝ: An nõ co[illegible]ꝑtinet
cũ Nicodemo ſciſcitãti: q̃ vita poſſit ad vitã imortalẽ ꝑtingere
iubet vt denuo renaſcat̃ hoc eſt in puerum redeat. Uſqꝫ adeo
Xp̃o duci nr̃o placuit infantia: vt ſenes ẽt cogat r̃pueraſcer̃: ſi
mõ velint in illi⁹ admitti cõſortiũ: extra quẽ nulla ſalutis ſpes
eſt. Neqꝫ vero a Chriſto diſſonat Petr⁹ cũ admonet: vt tanq̃
nuper editi infantes lac concupiſcam⁹ Neqꝫ diſcrepat Paul⁹
filioli mei inq̃ẽs quos iterũ parturio: donec formetur Chriſt⁹
in vobis. Idem paruulos in Chriſto lacte potat. Multa ſunt
id gen⁹ loca in myſticis lr̃is: omnino Chriſtianiſmus nihil a-
liud eſt q̃ renaſcentia q̃ pueraſcẽtia quedam. Magnum igi-
tur pueri: magnum puericie ſacramentum: quo Ieſus tãto pe-
re delectatus eſt. Non contẽnamus etatem noſtram quam ve-
rus ille rerum eſtimator tanti fecit. Tantum demus operam:
vt eiuſmodi ſumus pueri cuiuſmodi diligit Ieſus id eſt inno-
cuos puros dociles ſimplices: atqꝫ illud interi meminerimus
hãc deo gratam pueritiam non in annis eſſe ſitã ſed in animis
non in temporibus ſed in moribus. Eſt eniꝫ prepoſterũ quod-
dam nobiſqꝫ magnopere fugiendum puerorum genus: qui
mento leui mente ſunt hirſuta ⁊ etate impubes vitioſa aſtutia
ſenes ſunt. Memorantur et in Euangelio pueri Ieſu crucem
baiulantis irriſores: quorum nomine matres iubet ille plora-
re: de quibus ita pronunciat. Si in viridi ligno hec faciunt in
arido quid facient: Eſt igitur nouum quoddam pueritie gen⁹
qđ a Chriſto probatur: pueritia citra puerilitatem ⁊ omnino
ſenilis quedam pueritia: que non annorũ numero cõſtat: ſed
innocentia ſed ingenij ſimplicitate An nõ id palã indicat Pe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

trus:cum ait. Deponentes igitur omnem maliciam ⁊ omnez dolum ⁊ ſimulationes ⁊ inuidias et detractiones:ſicut modo geniti infantes rationabiles ⁊ ſine dolo lac cõcupiſcite vt in eo creſcatis in ſalutem Cur addidit rationabiles:nempe vt excluderet ſtulticiã:que huius fere etatis cõſueuit eſſe comes. Cur detrahit inuidias ſimulatiões:ac reliq̃ id genus vitia:q̃ ſenuz ſunt q̃ſi peculiaria:nimirũ vt intelligeremus Xp̃i pueros ſimplicitate ac puritate eſtimari:nõ natalib⁹. Ad eũdẽ modum ⁊ Paulus. Malicia inq̃t paruuli eſtote:ſenſib⁹ aũt perfecti q̃z q̃z ẽ oĩo in ipſa pueroꝝ etate natiua q̃dã bonitas ac velut vmbra ac q̃pã ſimulachrũ innocẽtie:vel ſpes potius atqȝ indoles future ꝓbitatis:mollis ⁊ in quẽuis habitũ ſequax anim⁹ pudor optimus innocẽtie cuſtos:ingeniũ vicijs vacuum: corporis nitor ac veluti flos quidã vernantis:cui ⁊ neſcio quo modo quoddã ſpiritibus cognatuz ac familiare:neqȝ eñi temere fit:vt quoties apparẽt angeli:puerili ſpẽ ſeſe offerant oculis. Quinetiã magi ſi q̃n ſuis incantamẽtis ſpiritũ eliciũt in puerile corpus ferũtur accerſere Atq̃ quãto libentius ſpiritus ille diuinus pijs ac ſanctis euocatus votis in huiuſmodi domicilia demigrabit: Ergo ad has nature dotes ſi acceſſerit ſummi illius ⁊ abſoluti pueri imitatio:tũ demũ ⁊ grati in illũ ⁊ illo digni pueri videbũtur. Eteni ſic ꝓmeritũ q̃s poſſit nõ amare Verũ enimuero ea veri amoris vis eſt:vt eius quod amas q̃z ſimillimus eſſe cupias. Quod ſi ĩ nobis efficit amor humanus:quãtũ emulandi ſtudium excitabit amor diuinus vix amoris vmbella eſt. Proinde ſi vere atqȝ ex animo nõ verbo tenus Jeſũ amamus: Jeſũ pro nr̃a virili conemur exprimere vel potius in illum transformari. Quod ſi virum aſſequi non poſſimus ſaltem pueri puerum imitemur quãqȝ ip̃m facinus eſt haud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

quaꝗ puerile: immo ſenilibus etiaꝫ viribus maius ſed ꝙ fere
nuſꝗ̄ ſuccedat felici⁹ ꝗ̄ in pueris. Etenim quoties negociuꝫ
ab humano pendet preſidio: tū robur: etas: ſexus expenditur
Verū vbi gratie res agitur nō nature: tū hoc efficati⁹ exerit ſe
ſe miraculum ſpūs: quo minus erat opis ac fiducie in carne.
Deniqꝫ qd dubitem⁹ aut diffidamus: ipſo formāte: fingēte ac
trāſformante nos: quē conemur exprimeř. Quis Danieli pue
ro tātū addidit prudētie: quis puero Salomoni tātuꝫ tribuit
ſapiētie: qs tribus illis pueris tātū adiūxit tolerantie: qs pue
rū Hely dignum diuino fecit alloquio: quis Nicolao puero:
qs Egidio: quis Bn̄dicto: qs Agneti quis Cecilie: quis tot
tā teneris virgunculis tam maſculā atqꝫ inuictam virtutē de/
dit: profecto nō natura ſed gratia: ⁊ vbi minus ſuccurrit natu
ra ibi mirabilius operatur gratia. Hac igitur freti magno aīo
ſtudiū emulandi puerū Jeſum capeſcamus: nec vnꝗ̄ oculos
ab eo velut a ſcopo deflectam⁹ Abſolutū exemplar habemus
nihil eſt quod aliunde petere oporteat. Omnis illius vita: qd
nos ſequi debeamus: clamitat. Quid aūt docuit puer ille pu/
riſſimus de puriſſima virgine natus: niſi vt oēm huius mūdi
ſpurcitiā ⁊ inqnamēta vitemus: atqꝫ angelicā quādā vitā iam
nūc in terris meditemur hoc ē id eſſe meditemur quod illic ſeꝑ
ſumus futuri. Porro ſpūs Jeſu cū oēs ſordes auerſatur ⁊ o/
dit: tū precipue beluinā illam ⁊ prorſus hoīe indignā libidinē
Quid aūt docuit nos: natus peregre: editus in tugurio: abiec
tus in preſepi: pānis inuolutus: niſi vt ſemꝑ meminerim⁹ nos
hic paucoꝝ dieꝝ hoſpites eſſe: vtqꝫ calcatis opib⁹ ſpētis mū
di falſis honorib⁹ per pios labores ad celeſtē illā patriā expe/
dite feſtinemus: in qua iam nunc aīo viuamus oportet: etiā ſi
corporeis iteř pedib⁹ terrā cōtingim⁹ Rurſū qd admonuit in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

egyptũ aufugiens: niſi vt iquinatoꝝ cõmercium modis oib⁹
deuitemus: qui Jeſum in nobis hoc eſt innocentiã ac mundi
neglectũ conãtur extinguere. Quid vero docuit circunciſus:
niſi vt omneis carnis affectus ad Chꝛiſtũ pꝛoperantibus ob
ſtrepentes amputemus ac tãq̃ʒ in nobis ipſis moꝛtui ſolo ieſu
ſpiritu ducamur ac vegetemur. Quid docuit oblatus in tem-
plo: niſi vt totos nos ab ipſa iam infantia deo rebuſqʒ ſacris
dedicemus conſecremuſqʒ: ac pꝛotinus recenti adhuc mentis
teſta Jeſum imbibamus: neqʒ eñ vlla etas ad diſcendam pie-
tatẽ ĩmatura eſt. Jmmo nõ eſt alia magis tempeſtiua ad diſcẽ
dũ Chꝛiſtum q̃ʒ ea que mundũ adhuc neſcit. Jam ipſi apud
vos eſtimate pueri: puer ille ſic natus ſic deo dicatus q̃ʒ ſãctis
ſtudijs tantã pueritiam tranſegerit. Nõ ocio: nõ cibo nõ ſom
no: nõ ineptis luſibus non ſtultis fabulis: nõ euagationibus
quẽadmodũ pueroꝛũ vulgus facit: ſed aut parẽtũ obſequijs:
aut ſacris orõibus: aut auſcultandis doctoꝛibus: ac pijs me-
ditationibus: aut ſanctis ac ſerijs cũ equalibus pueris col-
loq̃is. An nõ hec ⁊ multa ſimilia ſummatim complexus ẽ ſãc-
tus Lucas: cũ ſcribit adhũc modum. Puer creſcebat ⁊ cõfoꝛ
tabatur plenus ſapientia: ⁊ gratia dei erat in illo An nõ palam
videtis nouũ puericie genus: de pꝛiſtinis pueris dictũ eſt: ſtul
ticia colligata eſt in coꝛde pueri denuo hoc auditis plenus ſa-
pientia. Quid adhuc etatis iuſticiã pꝛeterimus: cũ audiam⁹
nõ ſapientẽ ſed ſapientia puerũ: videte vt omnem rerum oꝛdi
nẽ hic puer ĩuertit qui loquitur in Apocalipſi. Ecce ego noua
facio oĩa: perditur ſapientia ſenũ: ac pꝛudentia pꝛudẽtiũ repꝛo
batur: ac pueri implẽtur ſapiẽtia: nimirũ hoc nomine gratias
agens patri: quoniã inquit abſcondiſti hec a ſapiẽtib⁹: ⁊ reue
laſti ea paruulis: Poꝛro ne ſtulticiam huius mundi ac fuca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

ram ſapientiã affectamus protinus adſecit ⁊ gratia dei erat in
illo. Is vero demum ſapit: q̄ mundo deſipit ⁊ nil niſi Chriſtū
ſapit: Is non e philoſophoꝝ libris: non e ſcoticis argutijs ſed
ſincera fide cognoſcitur: ſpe tenetur: charitate deuincitur. Iaz
vero q̄ꝫ multa docuit nos: vbi duodecim natus annos a paren
tibꝰ furtim ſubducit ſeſe: ne inter notos q̄dē ac ꝓpinquos rep
tus: puſt triduū deniqꝫ inuentus eſt. Sed vbi tandem inuen
tus: Non in circulis: num in choreis: num in vicis aut foro:
Audite pueri: vbi repertus ſit Jeſus: relictis parentibus quo
dammodo fugitiuus: ⁊ vbi nos verſari conueniat intelligetis
In templo inq̄ꝫ inuentus eſt: in medio doctorū ſedēs: audiēs
illos ac viciſſim interrogans. Quid docuit nos Jeſus his taz
admirandis factis: Non dubium quin rem magnā: rem ſeriā
rem imitādam docuerit. Quid autem quid: niſi vt grandeſcē
te in nobis Criſto: q̄ndoquidem ⁊ in nobis naſcitur: ⁊ habet
ſuos etatum gradus: donec occurramus in virum perfectum
⁊ in menſuram plenitudinis eius. Ergo cum grandeſcit in no
bis: docet vt naturales parentum ⁊ amicorum affectus in de
um transferamus. Nihil hic amemus: nihil miremur: niſi in
Christo ⁊ Chriſtum in omnibus Meminerimus nos veruz
patrē: patriaz: cognatos: amicos habere in celis. Verum ne
quis imaginetur hunc parentuz neglectum faſtum aut inobe
dientiam ſapere: conſequitur: ⁊ erat ſubditus illis Jmo nemo
ſuos parētes verius amat: nemo magis colit: nemo obſeruan
tius morēgerit: q̄ꝫ qui ſic cō temnit. Quid aūt eſt ſedere in tem
plo niſi in rebus ſacris conquieſcere: ⁊ ad diſcendum animum
ab omnibus tranquillum curis adferre: Nihil autē vicijs eſt
turbulentius. Et ocium acquietem amat ſapientia. Jā a quo
tandem nos grauemur diſcere: q̄ꝫ attentas aures preceptori

bus pꝛebere cõuenit. Cum puer ille celeſtis ſapientia dei pa-
tris in medio doctoꝛum ſedeat: audiens viciſſim ac reſpõdẽs
ſed ita reſpondens vt omnes ſapientiam admirentur Neqꝫ id
mirũ: cum is eſſet: ad quẽ oĩs mundi ſapientia ſtulta eſt. Pre-
clara res legũ pꝛudẽtia: egregia res philoſophie cognitio ſuſpi
ciẽda res theologię ꝓfeſſio: verũ ſi q̃s Jeſum audiat: illico ſtul
teſcũt oĩa At nr̃a reſponſio: ſi ſapientie miraculum excitare nõ
poteſt: certe ſapiat modeſtiã ſonet ĩnocentiã. Rurſum obſecro
q̃ꝫ moꝛigeros q̃ꝫ obſequẽtes nos eſſe decet parẽtibus ac p̃cep
toꝛibus: quos potioꝛes velut ingenij parentes habemus poſ
tea q̃ꝫ ille dñs oĩm cũ a parẽtibus nõ intelligeret tñ ſubditus il
lis redierit in Nazareth Debet hoc pietati: debet parentũ re-
uerẽtie: vt aliquoties illoꝝ volũtati concedamꝰ: etiã ſi nos me
lioꝛa viderimus. Sed iã ope p̃ciũ eſt audire: q̃ꝫ apto fini Lu-
cas Jeſu pueritiã cõcluſerit Et ieſus inq̃t ꝓficiebat ſapientia:
etate: ⁊ gr̃a apud deum ⁊ apud hoĩes q̃ꝫ multa: q̃ꝫ paucis nos
docuit: pꝛimũ cuꝫ etatis acceſſione: pietatis item acceſſionem
opoꝛtere copulari ne illud in nos iure dici poſſit quod in hoĩm
vulgus diuus dixit Auguſtinꝰ. Qui maioꝛ eſt etate maioꝛ eſt
iniquitate Neue in hoc pulcherrimo certamine vnq̃ꝫ reſtemꝰ
aut nos aſſequutos arbitremur: ſed in moꝛem currentium in
ſtadio a tergo relicta negligẽtes in anterioꝛa nitamur ac ſemꝑ
a bonis ad melioꝛa: ab melioꝛibus ad optima pꝛoficere cone-
mur: donec ad metam hoc ẽ huiꝰ vite finem ꝑuentũ erit. So
crates iã admodũ ſenex perinde quaſi nihil ſciret: ita ſemper ⁊
a quouis diſcere ſitiebat Itidem ⁊ nos quo magis in Chriſto
fuerimꝰ hoc minꝰ nobis placebimꝰ: ſi mõ vere ĩ illo fuerimꝰ ꝓ
greſſi: adeo philautia: peſtis eſt ⁊ ſtudioꝝ ⁊ pietatꝭ ac iuxta Fa-
biũ p̃coꝝ illõ ĩgenioꝝ genꝰ nõ temere ꝑuenit ad frugẽ: vel erudi

tiōis vel inocētie. Equidē nec ordinez ocioſū eſſe puto: apud deū ⁊ apud hoīes vt intelligam⁹ in primis dandā operā: vt vita nr̄a deo placeat: id agentes humanus fauor vltro cōſequet̃ Nihil em̄ virtute pulcherius nihil amabilius: quaz laus hoc magis ſequi ſolet: quo minus appetit̃. Paucis vt potuimus vobis expreſſimus exēplar pueri quē ⁊ amare plurimū: ⁊ imitari ſtudioſiſſime debemus. Atq̧ oīo tantū videbimur, q̄ſtuz fuerimus imitati. Rurſum tāto plenius imitabimur: quanto amabimus ardentius. Proinde hoc ipſum ab illo cotidianis ac puris precibus flagitemus: vt nobis donec amore ſui flagrare: ſui ſimiles euadere: hoc eſt: caſtos: puros: incōtaminatos: mites: ſimplices: tractabiles: exptes fuci ignaros doli neſcios inuidie: parentibus morigeros preceptoribus dicto audientes: mūdi contēptores: rebus diuinis addictos: pijs lr̄is inrētos: nobis ipſis quotidie meliores: ꝓbatos ſuperꝭ gratos hoībus: odore bone q̄ꝫ plurimos ad Chriſtuz allicientes. Hec inq̄ꝫ aſſidue flagitemus: hec manibus pedibuſq̧ conemur dū habilis etas: breui alioq̇ fugitura. Etem̄ ſi recte monuit Fabuus: optīa ſtati ac primo diſcenda: quid prius diſci debet: q̄ꝫ Chriſtus: quo nihil eſt melius: īmo quid aliud diſcere oportet Chriſtianū: q̄z em̄ vnū quē noſſe vita eſt eterna queādmodū ipſe teſtatur patrē orans in Euāgelio. Id ſi curabimus vtrūq̧ pro virili gratiā referemus tā ſingulariter de nobis merito ⁊ illi referēdo gratiā: ipſū nobis lucrifaciem⁹. Referem⁹ aūt hoc pleni⁹ q̄ vehemēti⁹ redamabim⁹: Porro hoc magis illuz redamabim⁹ quo magꝭ vita ac morib⁹ exprimem⁹ iā quo magis exꝓmem⁹ hoc magis ipſo locupletabimur

¶Tertia pars:

At interim nōnullis forſitā ſuccurret aīo durā hāc eē me

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

litiā repudiatis oib⁹ cū Xp̄o crucez tollere. Sed memineritis
frēs dilectiſſimi: lōge diuerſā mūdi ⁊ chriſti eſſe naturā. Mū/
d⁹ ceu fucata meritrix prima fronte bland⁹ ⁊ aureus occurrit
poſtea quo ingrediare altius quo ꝓpius inſpicias hoc magis
tetra putida: fellita ſūt omīa. E diuerſo Chriſtus ꝓcul intuen
tibus durior apparet dū cruces videm⁹: dū voluptatū ac vite
cōtēptū Uerum ſi quis fidenti aīo totū ſeſe in illū reijciat: re/
periet nihil eſſe mollius: nihil expeditius nihil dulcius. Niſi
forte verū nō dixit veritas in Euangelio cū ait. Tollite iugū
meū ſup vos ⁊ inuenietꝭ requiē aīab⁹ veſtris: iugū em̄ ſuaue
eſt ⁊ on⁹ meū leue. Hec nimirꝫ vere eſt ardua illa virtutis via
quā ⁊ olim tāto āte Chriſtū: vtcunqꝫ ſomniauit Heſiodus: p̄/
mo aditu aſperior: progreſſu ſēper ⁊ facilior ⁊ amenior. Sed
quid tandē aſperū videri poteſt: quo ad tā ingens tam certum
itur premiū: ſi iuxta ſapientis dictū ſpes p̄mij minuit vim fla/
gelli: quis in hac momētaria vita: non leue: nō dulce iudicet:
quo celeſtem illā ⁊ nunqꝫ deſiturā ſibi patet vitam eternuz reg
nare cū Chriſto aſſidue: ſummum illud intueri bonū verſari
in angelorū cōturbernio: ab omni maloꝝ metu procul abeſſe.
Quis oro tantū hoc p̄miū nō vel ſexcentis mortibus emptuz
velit: Atqui hoc tm̄ donatiuū pollicet militib⁹ ſuis imperator
noſter Jeſus qui neqꝫ fallere poteſt neqꝫ mentiri nouit. Jam
apud voſmetipſos expendite fructus eternitatem: ac magni/
tudinem contra quam breue huius militie tempus: nimirum
haud longius ipſa vita que quid aliud eſt qꝫ vapor ad exiguuz
tēpus apparēs aut vni⁹ hore ſomniū: Sed agedū de hoc inte
riz ieſtimabili p̄mio ſileam⁹ atqꝫ inſpiciamus: quam abunde
magna mercede dux noſter militum ſuorum labores etiam in
hac vita compenſet: quamquā diſparem metant meſſem qui

mundo militant: z qui merent ſub Christo Jeſu. Audiamus
quid ipſi dicant impij in libro ſapientie Laſſati ſumus in via
iniquitatis z perditiõis: ambulauimꝰ vias difficiles: viã aũt
domini ignoramꝰ. Jllectat mundus fucatis bonoꝝ ſimula-
chris: que nihil aliud ſunt q̃ȝ mellita venena: mox adtractos z
velut iauctoratos: deum immortalem: in quas curas: quas
ſollicitudines: quas tui bas: que diſpẽdia que dedecora: i quã
conſcie mentis carnificinã: in felicem exitũ miſeros adducit
vt hic quoqȝ iam abunde magnas impietatis penas dediſſe vi-
deantur: etiam ſi nulli cõſequantur inferi. At q̃ reiectis mũdi
fucis in Jeſum hoc ẽ ſummũ bonũ omnẽ amorem. curam. ſtu-
diumqȝ traſferunt: totiqȝ ab illo pendent: ij iuxta promiſſum
Euangelicum non modo vitam eternam poſſidebũt: verum-
etiam in hoc ſeculo centuplum accipient. Quid eſt autem ac-
cipere centuplum: Nempe pro fucatis bonis vera: pro incer-
tis certa: pro fluxis eterna: pro veneno tinctis ſyncera: pro cu-
ris ocium: pro ſollicitudine fiduciam pro turbulentia tranquil-
litatem: pro diſpendijs vnitatem: pro flagicijs integretatẽ: pro
conſcientie ſecretuȝ z ieffabile gaudium: pro turpi atqȝ infeli-
ci exitu glorioſam ac triumphalem mortem. Spreuiſti diuiti-
as amore Chriſti in ipſo vero inuenies theſauros: reiciſti fal-
ſos honores in hoc longe eris honoratior: neglexiſti parentũ
affectus hoc indulgentius fouebit te pater verus qui eſt in ce-
lis: pro nihilo habuiſti mundanam ſapiẽtiam in Chriſto lon-
ge verius ſapies ac felicius: aſpernatus es peſtiferas volupta-
tes in ipõ multo alias iuenies delicias breuiter vbi archanas
illas z veras opes Chriſti depulſa mundi caligine videris om-
nia que prius arridebãt que ſollicitabant: ea non ſolum nõ ad-
miraberis ſed perinde vt peſtes quaſdã fugies: reijcies aduer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

ſaberis. Fit eniz mirum in modum: vt ſimul atqz celeſtis illa lux animos noſtros penitus attigerit: protinus noua quedaz rerum omnium facies oboriatur. Itaqz quod pauloante du-ce videbatur: nūc amareſcit: qđ amarū: dulceſcit qđ blādieba-tur: horreſcit: qđ ſplēdidū ante: nunc ſordidū: qđ potēs infir-mū: qđ formoſum deforme qđ nobile ignobile: quod opulētū egenū: quod ſublime: humile: quod lucrum: damnū quod ſa-piens ſtultū: quod vita mors: quod expetendum: fugiendum ꝛ contra vt repente mutata rerum ſpecie: nihil minus eſſe iu-dices: q̄ȝ id quod eſſe videbantur. Ergo in vno Chriſto compē-dio ac vera reperiuntur omnia bona: quoꝝ inanes ac menda-ces imagines ꝛ vmbras ſeu preſtigias mundus hic oſtēdit q̄s miſerum mortalium vulgus tanto animi tumultu: tātis diſpē-diis: tantis ꝑiculis per fas nefaſqꝫ perſequitur. Quā obſecro beatitudinez cum hoc animo conferre queas: qui iam liber ſit ab errore: liber ab affectibus: ſecurus: ſemꝑ gaudens ob teſti-moniū cōſcientie: nulla de re ſollicitus: altus ſublimis ac celo proximus: iam qꝫ ſupra ſortē humanā: qui in Chriſto excelſiſ-ſima petra nixus: oēs hui⁹ ſeculi fucos: tumultus: procellas ex alto rideat negligat: vel potius commiſeretur. Quid autem timeat is: qui propugnatorem habeat deum ignominiam At ſumma eſt gloria pro Chriſto ignominiam pati paupertatem At eam ſarſinā lubens abiecit: quiſquis ad Chriſtum prope-rat mortem: At ea maxime in votis eſt: per quā ſcit ſeſe ad im-mortalem eſſe tranſmittēdum. Qua de re ſit ſollicitus: cuius pater celeſtis etiam pilos habet annumeratos. Quid autem cupiat is iam Chriſto poſſidet: omnia: Quid enim non com-mune membris ꝛ capiti: Iā vero quāta eſt hominis nō modo facultas: verumētiā dignitas: vnū eē mēbrū ſāctiſſimi corpo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

ris eccleſie: idem eſſe cum Chriſto: eādem carnem: eundē ſpiritum: cōmunem cum illo habere patrem in celis Chriſtū habere fratrem ad communem cum illo hereditatem deſtinataꝫ eſſe breuiter iam non hominem eſſe ſed deum. Adde his guſtum quendam felicitatis future quem pie mentes ſubinde percipiunt. Hec nimirum viderat: hec ſenſerat propheta cū ait: Nec auris audiuit: nec oculus vidit: nec in cor hominis aſcendit: q̄ preparaſti deus diligentibus te. Proinde chariſſimi ſodales ſi dabimus operam: vt vere Chriſti mēbra ſimus: iuxta illud ꝓpheticum dictum. iuſtus vt palma florebit: etiam in hac vita perpetua quadā adoleſcentia vernabimus non animo tantuꝫ verū etiam corpore. Etenim quemadmodum floridus ille ieſu ſpiritus in noſtrum ſpiritum radundabit ita noſter viciſſim in ſuum corpus influet: ⁊ quoad fieri poteſt: in ſe transformabit. Nec poterit tantus animi ac corporis nitor veſtrū ſordes ferre. Nam animus noſter habitaculū eſt dei animi domiciliū eſt corpus: porro veſtis ⁊ ipſa corporis quodāmodo corpus eſt. Ita fiet vt capitis puritati totus homo reſpondeat: donec peracta hac vita ad immortalitatē traducatur.

¶ Epilogus

Agite igitur optimi commilitones: ad hanc tantam felicitatem ſummis viribus enitamur: ducem noſtrum Jeſum vnum admiremur: quo maius nihil eſſe poteſt: imo ſine quo nihil eſt omnino magnum: hunc vnū amemus ſine quo nihil eſſe melius poteſt: imo extra quem nihil eſt omnino bonum hunc imitemur: qui ſolus eſt verum et abſolutum pietatis exemplar: extra quem quiſquis ſapit: deſipit: huic vni hereamus hunc vnum amplectamur: hoc viro fruamur: in quo vno eſt vera pax: gaudium: tranquillitas:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

voluptas: vita: immortalitas. Quid multis: ſūma bonorum omniū: extra hunc nihil ſuſpiciamus: nihil amemus: nihil appetam⁹ huic vni placere ſtudeamus. Meminerim⁹ nos ſub illi⁹ oculis ⁊ illius angelis teſtibus: quicquid agim⁹ agere Zelotypus eſt: nec vllas mūdi ſordes patitur. Quare purā ⁊ angelicam in illo viuamus vitam: ille ſit nobis in corde: in ore in omni vita: hunc penitus ſapiamus hunc loquamur hunc moribus exprimamus: in illo negotiū: ocium: gaudium: ſolatiuz ſpem: preſidium: omne collocemus hic a vigilantium animis nūq̄ diſcedat: hic dormientibus occurſet hunc ⁊ littere noſtre ⁊ ludus etiaz ſapiant: per hunc ⁊ hoc creſcam⁹ donec occurremus: in virū perfectum ⁊ gnauiter obita militia perpetuū cuz illo triumphum agamus in celis. ¶ Finis

¶ Precatio ad virginis filium Jeſum humani generis aſſerrorem.

ADoro te prona ſuppliciq̄ mente generis humani reſtaurator dei ſimul ⁊ virginis fili Jeſu Chriſte: q̄ verū illd̄ es lumē ⁊ īmortale: ſine tp̄e prorſ⁹ inenarrabili mō p̄manans p̄re: fonte lucis oīs q̄ cum ſacri ſpūs incogitabili nexu ſic coheres vt neq̄ monadis ſīplicitas pſonaꝝ cōfundat diſcrimina: neq̄ triadis p̄prietas: vſie ſcindat cōmunionē. Tu enī nouus ille iuſticie ſol: q̄ ſemꝑ oriens ſemꝑ generante p̄re: ſemel aūt viſibilis exortus orbi ſēpiternis dānato tenebris: tartareā pctōꝝ nrōꝝ caliginē diſpuliſti: nouaq̄ lāpade prenitēs diē illū cādidū vereq̄ almū: ⁊ expectatiſſiū reuexiſti mortalib⁹ diē q̄z vnū fecit dn̄s noctē teterrimā (cui⁹ ipſi fueram⁹ authores p̄fligās. Qui deniq̄ nūq̄ deſinꝫ iuiſibilis oriri mētib⁹ pijs: ſubinde nou⁹ ſꝫ idē nulli tue viuifice gratie radios iuidēs niſi ſi q̄s excluſerit inuidens ip̄e ſibi

Qui ꝑpetuo ꝗetus: rotas ac verſas oīa ſꝑ intra temet ipſū ma
nens eterna vertigine ambis vniuerſa: illuſtras oīa: nihil non
intuens: nihil nō penetrās. Cōſpicuus: pariterqꝫ iuiſus: mo
dicꝰ ⁊ idē imēſus cōplectens oīa ſimulqꝫ incōprehēſus iſuſus
ꝑ oīa: ſipliciſſimus tñ. Tēpoꝝ author ſine tempore: oīa mode
rās ſine ſollicitudine. Qui natiuo calore iſēſibiliter illabēs: ad
patrē ſub ducis animos mortaliū: ac terrenarum cupiditatuꝫ
fece deputatos: quatenꝰ licet in tuā ipſiꝰ naturā ſurſū rapꝫ rap
tos attenuas: attenuatos trāſformas: vt quemadmodū: tu cū
patre deo natura: ita nos tecum vnum ſimus adoptiōe. Qui-
qꝫ ſalutifero radiorū tuorū influxu florentia vitaliaqꝫ facis om
nia: parens educator: origo ⁊ finis omuiū que naſcunt̃. Tuo
ſydere afflari reuiuiſcere ē. Tuo foueri lumine proficere ē: tuis
accendi flāmis perfici eſt: abs te deſeri perire eſt O ter felices ꝗ
bus tu mitis ⁊ roſſidus exoreris: veh ſēpiternum ijs: quibus
iratus occidis Tuū intueri vultū: gaudium eſt abſolutū: tuo
orbari conſpectu: cabos ⁊ horror eſt eternꝰ. Ubi tu luces ibi
demum imortalitas: vbi vbi nō luces: ibi inferus eſt. Exore-
re queſo mihi fauſtus ac propicius o lumē oculis amabile ani
miqꝫ nebulas quas mihi mea terra ſuffūdit: diſcute ijſqꝫ ocu-
lis ꝗbus tu videri ſoles: ſerenus irradia: atqꝫ illa affulge fron
te qua celum pariter ⁊ terrā exhilaras Tu qui terrarum flam-
mis opera oīa luſtras ne preterceas queſo hanc animulā: quaꝫ
ipſe finxiſti. Ne pigeat benigne Jeſu reficere: quod facere dig-
natus es Reſtitue quod inſtituiſti: Ne grauare reſtaurare tuū
ipſius plaſma Reſarciat ſuo in opere tua clementia: quod
meo vicio male eſt diſſipatum. Corrige in tuo opificio
quod eſt meapte culpa deprauatum Agnoſce et perfice
quod optimus optime conſtitueras. Uindice: quod tuum

eſt: vt oia mala nr̃a: nulli niſi nobis ipſis imputemus: oia ve-
ro bona tue miſericordie feram⁹ accepta: qui ſingulari etiã tua
bonitate noſtrũ malum in tuũ bonũ diuina quadam arte ſo-
les vertere Tua me virtus beneficẽtiſſime parẽs Jeſu quũ ni-
hil eſſem: mirabiliter condidit Tua ſapientia: corpuſculo huic
organis ad omnẽ vſũ aptiſſimis miraqz partiũ oĩm hermonia
cõcinato: tum ſenſuũ ĩcredibili ſagacitate munito: vitalẽ aiam
ĩdidit: de tuo ſacro afflatu calentẽ ĩmortalẽ: ſemis: etherei: ad
tuimet imaginẽ exculptã quo tui: q̃ ſũmuz es bonũ: capax eſſe
poſſet. Cui q̃dem ⁊ tuo de lumĩe docilitatis quaſi ſcintillulas
quaſdã impſiſti: vti ĩ medio mũdi: veluti pulcherrimo quodã
tuorũ operũ theatro collocata p̃ter viſibilium rerum cognitio
nem: quarum tu nihil non optime fabricat⁹ es te inuiſibilẽ o-
pificẽ inueſtigaret Tua denuo miſeratio poſtea q̃ȝ qũ gẽtilicie
labis ſerpigine tũ aũt meapte quoqz impietate: in nihilũ reci-
diſſem: ſalutifere tue mortis antidoto in vitam repoſuit: deqz
tuo depẽdiſti innocentiſſime: quod ego nocens contraxeram.
Nullum nouit modum tua benignitas clemẽtiſſime conditor
En iterum ſic gratuito reſtitutũ ne ſemel aſſertus in miſerãdã
ſeruitutẽ reuoluerer tua profuſiſſima liberalitas: qd egregijs
dotibus communiit: quot efficacibus ſacramentis aſſidue de
tue ſacro ſancte mortis fõte ſubſcatentibus confirmauit: laua
chro viuificans candidãſqz: ſacro ceromate roborans: corpo
ris ſanguiniſqz proprij dapibus ſaginans neqz nõ efficaci vn
guine contra ſpiritales agones militem tuum durans Varijs
chariſmatibus et archanis muneribus locupletans: tacitis a
nimorum inſtinctibus trahens aberrantem: extimulans dor-
mitantem. Et tanq̃ȝ hec omnia parum ſint: ita myſtice ſcriptu
re tue remedijs: vndiqz periculis noſtris occurrit tua pietas.

Doces errantes: fulcis nutantes: promiſſis cõfirmas laborã
tes: hortatu conantes erigis: exemplis inflãmas: minis deter
res nunc allicis beneficentia: nunc merite calamitatis flagello
caſtigas. Deniq; ad hec omnia tam multa: tam magna: ingra
tũ me atq; obſurdeſcẽtẽ: toties ſpretus: toties capitaliter offẽ-
ſus: tamen vſq; ꝛ vſq; reuocas redempto: ignoſcentiſſime iã
q; in preceps eunti penitentie ſalutaris aſylũ aperis: ꝛ aperis
quoties a nobis auerſi: ad te refugimus: nihil ſcilicet interire
volens eorũ: que pulcherrimus ipſe tã pulchre finxeras que-
q; mercator: neq; imperitus: neq; ſtult⁹ tam cupide tantoq;
impẽdio redemeras. Huius tam ineſtimabilis tue bonitatis
fiducia: en audet ad te redire: poſt tam diutinas errorũ amba
ges: mancipium fugitiuũ: ad te ſuum oĩmq; dñm. Aſſere poſt
liminij iure quod tuũ eſt dñe Jeſu: meq; ſimul et tibi et mihi-
meipſũ reſtitue: quãquidẽ vtriq; perij. Me miſerũ: quã multis quã
imperioſis: quã pudendis dominis inſeruiui: dũ inſaniſſimum
Aegypti peregrinatio: dũ Babilonia captiuitas nimio delectat
ope: dũq; tuũ vere ſuaue iugũ ceruice demẽs excutio cui ſerui
re ſumma vnicaq; libertas eſt: a quo aſſeri: eripi eſt: a quo te-
neri: beatitudo eſt: a quo ꝓfugere interire ẽ. Audet redire tñ ad
indulgẽtiſſimũ paſtorẽ ouis iterũ erratica. quã tu quõdã diu
multũq; per viciorũ vepreta veſtigatã: humeris tuis letus re
portaſti: niueoq; inocẽtie vellere denuo tectã: cõmunibus ec
cleſie tue caulib⁹ reddidiſti: in quibus iam luporũ inſidias nõ ti
meret. Audet redire ad pientiſſimum parentẽ filius male fru
gi: qui meliores annos corporis ſimul et ingenij dotes: hoc ẽ
omnem ditiſſimi patris ſubſtantiam: cum turpiſſimis nepo-
tibus ſcortiſq; barbaris: nẽpe carnis cupiditatibus nequiter ꝓ
degit. Reuertitur aũt e lõginqua ignotaq; regiõe viciorũ oĩm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

que tu solá ignoras eterna sciẽtia: nudus: egẽs famelic⁹: nihil
secũ ex tanta benigne parentis liberalitate referens: preter infe
licẽ cõscientiã sceleribus pudoreq; cooptã. Superat tñ hunc
iam imẽsum impietatis mee cumulũ tua genuina bonitas qui
seruũ hunc neq̃ssimũ nõ ad crucẽ: nõ ad cõpedes: quas alioq̃
eternas cõmeruerat: sed ad veniã vocas: nõ noxiũ cedis sed e/
mendatũ in familiã recipis. Quẽ hãc vlcerosam ꝛ vagã: cura
potius q̃ȝ pena dignã iudicas Filiũ tam maledicto audiẽtẽ: tã
a paternis moribus degenerẽ: nõ exheredas: nõ abdicas: sed
patria victus pietate: resipiscenti vltro etiã in amplexus occur
ris. Non tu reuersum domo prohibes: nõ supplicem a geni/
bus repellis: sed ad primã statim penitentie vocẽ in collũ infu
sus: osculo dignaris ꝛ quẽ lentissime sustinueras peccantẽ pe/
nitentẽ lubens admittis: pannoso nouã stola depromi iubes.
Suppliciũ merito paratur cõuiuiũ: iam vtiq; de tuo veteres
omnis noxas cõdonas Et pre nimio recepti pignoris gaudio
non vacat pristinarũ offensarũ meminisse. Non seuis lingue
verberibus patria intonat ira: nõ auditur vel lenis illa Miti/
dis expostulatio Qđ vnq̃ȝ simile patris indulgẽtis exemplu;
sollertes illi nature adumbratores ediderũt: Ueh hyemi pec/
torũ nr̃oꝝ: clemẽtissime saluator: si tua tam iaudita nostri cha
ritate: nõ calescũt ad te redamãduȝ: q̃ sic a dmasti prior. Ueh
lethargo mẽtium nostraꝝ si tantis meritis excitate nõ experge
fiunt Ueh duricie cordis humani plusq̃ȝ adamãtini si tãta tua
indulgentia non potest mollescere. Sed quisnam o sola spes
nostra: reuellet hoc cor saxeuȝ ꝛ iextricabile: carneum q; ꝛ sim
plex reponet: nisi tu solus: qui vel sic nr̃am peruinceres durici
em ipse caro factus es imo q̃s totũ hunc hoiem a sũmo capillo
ad imũ vsq; calcaneũ refiget nisi tu agn⁹ imaculatissim⁹ q̃ nõ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

p̄camib⁹ aut herbis magicis. ſed ſctiſſimi tui cruoris aſpergie
creaturā inouas vniuerſam: Qui ſeniū abolens mūdi celū no
uū terrāqꝫ nouā ſolus creas: Quis hoc putre cadauer in vite
nouitatē reſtituet: niſi tu q̄ ſolus arentia deplorataqꝫ oſſa vita
li flatu aīas: Qui quadriduanū etiā lazarū ſimplici voce in lu-
cē exciuiſti: Suſcita queſo ⁊ p̄m̄ū hoc fun⁹ tu qui vita es oīm
ſana egrotū hunc: q̄ vera medicina es aīarū. Miſerendū hūc
hydropicum tua gratuita miſericordia dignetur app̄hendere
nil niſi reſfluxas nihilqꝫ ſitientem morbiqꝫ vim miſerabili co-
pia nequicꝗ alentē: proqꝫ inexp̄ſebili male dulcium aquaruꝫ
auiditate: tui ſitim inſere: de cuius fōte q̄ biberit: non ſitiet ine
ternū: tui famē excita. q̄ panis es vite: de quo q̄ ſemel ederit: ei
nimiꝝ nauſeam fecerint olle carniū Aegyptiarū Solue oīpo
tēti tuo nutu aīam hāc paralyticā: corporis affectibus veluti
ignauo grābato prorſus affixā: viteqꝫ ac pietatis officijs reſti-
tue. Tu ſancij huis capitalibus plagis pariter ⁊ ſalutaris pe
nitētie vinū: ⁊ tue cōſolatiōis oleuꝫ infunde Aperi ceci huius
internos oculos: vt te aſpiciant lumē immortale: ꝑtinuſqꝫ e-
uaneſcāt oīs hui⁹ mūdi p̄ſtigie. Poſtremo qm̄ tu es vnic⁹ ille
noui plaſmatis author: totum hunc Adam veterē: quātus eſt
detrahe: q̄ nihil niſi limū vnde profect⁹. eſt ſapit: proueniatqꝫ
te figenre: nouus ille q̄ ſecūdū te creatus ſit. Nam tu dulciſſi-
me Jeſu pius ille es incātator ⁊ magis: qui nō Theſſalis Col
chiciſue venenis: ſed oīpotēti miſericordia tua non corp⁹ mo-
do: verū etiā aīam refingis: neqꝫ mutaro tantum ſenio iuuenē
verum etiam ꝓpulſata morte viuam facis ⁊ īmortalem Feſti-
na igirur ⁊ me totū ſpiritus tui ſecretis incātamētis: tueqꝫ gra
tie ſuccis trāſfigurare. Tolle putrē hāc ⁊ corruptiſſimā carnē
aſſidue iū ſpū bella gerētē: nouāqꝫ ad tue carnis imaginem: in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

ſere puram: incōtaminatā: ſpiritui audientem. Emarceſcat hec
que ſenū eſt: neqꝫ te oīo videbit: ſuccedat ea: que videbit ſalu-
tare dei. Exime ſpm̄ hunc brutū: aīalem: tumidū: ītractabilem
cū carne cōiurātē: a te ſepe deſciſcentē: tuū imparti: ſuauē mitē
celeſtia ſapientē: aſpernantē ea que videntur: qm̄ tēporalia ſunt
ſubuolantē ad ea que nō vidētur eterna: vt mihimet velut exa-
minatus: per te ſpirē in te vno tibiqꝫ vni viuā: mihi mūdoqꝫ
mortuus. Etem̄ ſuopte ſpiritu qui viuunt: hij vere mortui ſūt
tu vero q̄ agūt neqꝫ in carne ſunt: neqꝫ ſub lege: ſed vitā viuūt
īmortalē: capitis nūqꝫ morituri mēbra īmortalia facti. Sic igi-
tur aufer me mihi: imo me mihi reſtitue vnice ſalutis author
Jeſu Chriſte: me mihimet excide: vt tibi inſerar: mihi ꝑeaz vt
in te ſim incolumis mihi moriar: vt in te viuā mihi marceſcam
vt in te floreā: in me ſim inanis vt in te: abūdez: in me nihil eſſe
incipiam vt in te ſim oīa. Magnā rē a te petit vermicula (neqꝫ
em̄ me fugit) nec meritis modo: verūetiā votis hūanis atqꝫ a-
deo intellectu maiorē: nimirū vt vnum tecū fiat: ⁊ in deū quē-
dā trāſfiguretur homūculus. Sed quid huc vſqꝫ adeo miruz
ſi in deū trāſfigure homūculus. Magis mirū: qd in hominē
trāſfiguratur⁹ es deus incogitabile vti ūqꝫ: incōprehēſibile v-
trūqꝫ: verū hoc demū incōprehēſibili tua miſericordia dignuz
incōprehēſibilia beneficia largiri. Eoqꝫ te nō per mea merita:
que vel nulla ſunt vel mala ſed ꝑ teipſum obſecro cōditor op-
time max: meqꝫ: perqꝫ oīa q̄bus tuū numen placari flectiqꝫ ſo-
let: per tibi cōmunē patris potentiā: qua me de nihilo magnū
quoddā atqꝫ admirādū bonū finxiſti ꝑ homuſiā tibi ſācti ſpūs
bonitatē: q̄ me tot gratuitis dotibus locupletaſti: per tuaz ad-
mirandam ſapientiam qua ꝑtingēs fine vſqꝫ ad finem fortiter
et diſponens omnia ſuauiter: inenarrabili conſilio nos redi-

mere dignatus es. Atqꝫ in primis ꝑ adorãdũ illũ nr̃e reſtaura
tiõis fontẽ: incõparabilẽ charitatẽ tuã: que te veluti muſto lim
phatũ atqꝫ bachãtẽ: e ſinu dei parẽtis ĩ vterũ virginis: ex arce
celis: in hanc lachrymoſam vallẽ exilij nr̃i deduxit ⁊ hũc limũ
induere compulit oppido volentẽ Perqꝫ oẽs humane cõditi-
onis iniurijs milleqꝫ huius vite incommoda: que tu dñs oim
ſeruuli leuiſſimi cauſa triginta tres annos ſpõtaneus pertuliſ-
ti. Per famẽ ſitimqꝫ: qua nr̃am ingluuiẽ depẽdiſti. Per tedia
ꝑ labores: per vigilias: per eſtus: per algores: q̃bus exitialem
luxũ nr̃m luiſti. Per ſũmã tuã pauꝑtatẽ: in q̃ ⁊ naſci: ⁊ viuere
⁊ mori voluiſti: vt nr̃am ditares egeſtatem. Per obtrettatões
ꝑ cõtẽptus: ꝑ cõuicia ꝑ totius vite tue ſũmã hũilitatẽ: q̃ nr̃am
ſuperbiã fregiſti ꝑ ſctiſſimas illas tuas lachrymas: q̃s toties
ꝓ nr̃is ſceleribꝰ effudiſti. Per extremos illos ĩnocẽtiſſime tue
mẽtis angores: quos ĩſtante crucis ſupplicio: neuti q̃ꝫ mortis
formidĩe quã tãto ꝑe ſitiebas: ſed ĩcredibili quodã amore me-
broꝝ tuoꝝ volẽs aſſũpſiſti nr̃am ĩ te trãſferẽs ĩbecilitatẽ vt tua
nos ĩfirmitas cõfirmaret: tuaqꝫ triſticia luctꝰ eternos nobis
adimeret. per ſãguineas guttas q̃s toto exudabas corꝑe cum
grauẽ ſceleꝝ nr̃oꝝ ſarcinã: in tuos eſſes humeros impoſiturꝰ
Per tua vĩcula q̃ nos eterne captiuitatis cathenꝫ exuerũt Per
tuũ reatũ: q̃ nos ſumꝰ a vero crimine abſoluti Per ꝓbra ⁊ vi-
rulẽta ledoria ĩ te congeſta: qũ ꝓ nr̃is flagicijs: tu male audie-
bas ĩnocẽtiſſime. Per illita ſputa: ꝑ tibi impactos colaphos:
q̃ nr̃is: debebãt malefactꝫ. Per ĩgentẽ illũ ĩgenue puriſſimeqꝫ
mentis tue pudorẽ: quẽ ⁊ ipſum tua ĩmenſa charitas volens
lubenſqꝫ in ſeſe recepit: quum ꝑinde vt maleficus quiſpiam: a
teterrimis carnificibus: de tribunali ad tribunal: de iudice ad
iudicẽ: propalã traheꝛeris: qũqꝫ fede laniatꝰ virgis lictorijs in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

ſane plebi cõſpiciẽdus ꝑducereris: nr̃am ignominiã in te tra/
ducens: vt nos in tuam gloriã vindicares Per liuores tuos:
q̃bus nr̃is plagis remediũ admotũ eſt. Per tua vulnera: nr̃a
medela per tua flagra: quibus ſeruuli huius noxias expiaſti.
Per ſacro ſanctũ ſanguinẽ tuũ: quẽ totiẽs prodigus effudiſti
vt nr̃am rubiginem elueres. Per crucẽ ter adorãdã ꝑbrũ tuũ
nr̃am gloriã. Per p̃cioſiſſimã mortẽ tuã: quã indebitã pro nr̃o
oĩm capite depẽdiſti: quaqꝫ genus humanũ in hereditatem i/
mortalis vite reſtituiſti: vt qum nr̃a nobis vita mortis eſſet in
greſſus: tua nobis mors vite fieret initium Per ineſtimabilia
pietatis in deum patrẽ: ⁊ amoris in nos tui merita. q̃bus pec/
catoꝝ nr̃orum mala noĩa: cumulatiſſime diſſoluiſti Per vene
randã virtutẽ puriſſimi ſacrificij tui quo ſacerdos ⁊ idẽ hoſtia
nos patri deo tibiqꝫ ipſi recõciliaſti Per adorãdum illð myſte
riũ: qũ ꝑfoſſo latere: fontẽ arcanum ſanguinis ⁊ aque etiaꝫ ex/
oĩs aperuiſti: vt altero reuiuiſceremus mortui altero purgare
mur immundi. Per magnificũ triumphũ tuũ quẽ rediuiuus
ab inferis ſublata mortis tyrãnide celis plaudẽtibus inueriſti
Per imortalẽ tuã gloriã in cuiꝰ partẽ nos coheredes aſciuiſti.
Per pietatem meritaqꝫ eccleſie ſponſe tue: virginis illibate: q̃
tibi indiſſolubili copula cõglutinata: tuo ſanguine calet tuoqꝫ
ſpiritu animatꝛ. Per meas erũnas materiã tue bonitatꝭ. Per
mea mala a quibus me nõ liberabit: niſi ſola tua miſericordia
Per tua bona pro q̃bus equidem nihil habeo: quod repẽdaꝫ
niſi meipſum: q̇ iam olĩ tuus ſum: neqꝫ hoc tñ ipſum: q̃cquid
id eſt donare poſſum: niſi tu ipſe arripias: quodqꝫ iure tuũ eſt
etiã amore tibi vendices. Ergo non meis pro meritis: ſed pro
multitudine miſerationũ tuarum: qð tuũ eſt tibi aſſere Inijce
mãcipio tuo manũ: recude opus tuũ opifex: teqꝫ dignuꝫ mu/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

nus fingito. Exige procul ex aĩo meo templo tibi ſacro: infan
das abhominationes Aegyptiorũ: quibus eſt a me nimis im
pie prophanatũ dono vere fidei purga purgatũ illuminet tua
ſancta ſpes que neminem cõfundit illuminatũ charitatis igni
perfice: meumqꝫ ſpiritũ iam tranſfiguratũ: ita cum tua copu-
la: imo: ſic meũ tuus abſorbeat: vt felicẽ cõſenſum noſtrũ nul-
la huius mundi: neqꝫ proſperitas: neqꝫ aduerſitas: neqꝫ vita
neqꝫ mors: queat diſtrahere: vt iam preter vnũ te: nihil amen
niſi tum in te: tũ propter te. Carnẽ aũt hanc adhuc humi ſer-
pentẽ in crucis tue palmã ſuſtollito: atqꝫ illic tecũ felicibꝰ affi-
gito clauis: vt liber ac terrena oĩa e ſublimi ligno deſpiciẽs. ad
te vnũ anhelet amor meꝰ Tu mihi dulceſcas vnus: tu vnus
ſapias: tu ſolꝰ delectes: te ſolum admirer ac deamẽ. Sordeſ-
cat mihi magis ac magis o vera felicitas: mũdꝰ hic impoſtor
cum ſuis ꝑſtigijs ⁊ incantationibus: que ſeuocãt abs te cũqꝫ
exitialibus illectamẽtis Expurga palatũ meũ quõdã heu dul
cibus venenis male imbutũ vt tua ſuauitate guſtata: protinꝰ
amareſcant mihi carnis delicie: olim in exitiũ vſqꝫ dulces Poſt
hac nauſeẽ mihi inſtar ſint venenate mundi lauticie: quas ali-
quãdo me miſerum q̃ auide deuoraui. Ne iam capiãt oculos
meos: q̃libet in ſpẽm decora: quecũqꝫ tuis oculis nõ placent.
Nõ placẽt aũt niſi pia: quũ ipſa ſis pietas nõ niſi caſta: quum
ipſa ſis puritas: odiſti fucata: quũ ipſa ſis veritas: nõ probas
quicq̃d carnẽ ſapit: quũ ipſe ſis ſimpliciſſimus. Execraris ani
malẽ ſapientiã: qui patris es ſapiẽtia. Abominaris q̇cq̇d mũ-
dus miraꝛ q̃m iã oli ⁊ te mũdꝰ ⁊ tu mũdũ odiſti mutuo a q̃ ſe-
moues q̃tq̃t tuos vocari vis Atqꝫ ita paulatĩ attrahẽte te mea
mens tuo imoriatur amori: vt ad vtriuſqꝫ fortune ſenſum pe
nitus obſtupeſcat. Quid enim oĩo boni ſine te aut quid ma

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

li tecū mihi poſſit accidere: imo qd nō dulce tecū: aut qd tā ma
lū: qd tu tuis nō vertas in bonū: Cetera igitur miſceāt ſurſuz
ferāt ac deorſuz mō ne te mihi ſubducas. Amores mei meiqz
ignes tu ſis vnus: q pulchri ipſius idea es imortalis: cuiuſqz
cōione pulchra ſunt: ſi q ſpecie placet: quez deprire ſeruari eſt
cuiˀ amore furere unica ſanitas eſt Tu mea voluptas: quo frui
cumulˀ eſt felicitatis. Tu mihi diuitie: q ſummū illd es bonū
quo q potit: nihil ē qd ꝑterea deſideret tu meū decus q glā es
pris: ⁊ honos ſctōꝝ oim Tu meū preſidiū: qui nutu ſimplici
ſeruare potes que vis vis aūt oīa. Tu mea certa ſpes: q idez ⁊
promiſſor es ⁊ pignus: premiū Tu mea fiducia: qui nequaqꝫ
baculus es arūdineus manum innitentē ſibi deſtituēs ac vul
nerās ſed fidelis illa petra i qua quiſqz fundamēta iecerit non
metuit ruinā. Tu mihi parens. cui totiens vitam debeo. Tu
meum ſolatiū tu gaudium cordis mei: tu pax: tu tranquillitas
Deniqz pro te vno contemnam oīa vt mihi viciſſim ſis vnus
pro omnibus: ad quē nihil ſunt oīa ⁊ in quo vno ſut vniuer
ſa que ſunt. Nihil em̄ eſt: qd tui ſimile nō eſt: cuius eſſe boni/
tas eſt ⁊ pulchritudo A quo degenerare quid aliud eſt qꝫ in ni
hilum tēdere: Ad cuius ſimilitudinē quo qſqz propius acceſ/
ſerit: hoc magis ac magis perficitur Talē igitur vti fingere dig
neris mitiſſime Jeſu hunc homuntionem: quātus eſt: tibi do
atqz in manum trado: vt me tecum ⁊ te mecum mihi reddas:
qui ſumma es bonorum omnium ſemper adorandus cum pa
tre ⁊ ſpiritu ſancto Amen Telos

¶ Pean matri Virgini dicendus.

VNicum celi decus certiſſimum terre preſidium: virgo
mater Maria: en geſtit hec animula: laudaciun/
cule huius: velut incenſo tuſculo tuo litare numini: neqz ve

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

ro ſuis freta meritis: ſed tua cõfirmata placabilitate: audet im
mẽſum laudũ tuarũ pelagus humani ſermõis anguſtus cõci/
pere: cuius amplitudinẽ ſolus ille capit: quẽ tu immẽſum ⁊ in
cõprehẽſibilẽ: puriſſimi vteri ſcriniolo cõditum geſtare meru/
iſti: ꝙ virgineã mentẽ tuã: nõ ſtillulis aliquod graꝝ cõſpſit: ſed
ipm oẽm cariſmatũ fontẽ in temetipſam trãſtulit: vt ex te velu
ti ꝑadiſo vernãtiſſimo nobiles illi quattuor amnes ꝓmanarẽt
ſiticuloſã ac ſterilẽ pectoris nr̃i glareã: fecũdis ſcatebris irriga
turi: ridẽtiqꝫ virore ⁊ variarũ virtutũ ſtellãtibus floſculis pic
turi Quo fit: vt vaſtiſſimũ ſpaciũ porrigatur inter tuã ſublimi
tatẽ: o regina ꝓcellẽs: ⁊ meam humilitatẽ Inter tuã pluſqꝫ an
gelicã puritatẽ ⁊ meã colluuiẽ: inter tuũ ſplẽdorẽ: ⁊ meã caligi
nẽ. Tu celi lumia lõge ſub pedibus deſpicis nos de ima valle
muſſitamus. Et tñ quo minus tuas laudes aſſeq̃ poſſumꝰ eo
ĩ impẽſius annitẽdũ Tu es prepotẽs illa rerũ dña que ſola feli
ciſſimũ illḋ nomẽ iter mortales ꝓmeruiſti: vt virgo theotocos
appellareris Siq̇dem ꝑgnans tua virginitas: eundem nobis
edidit de homine hoiem citra corruptionem: ꝙ ſine tpe de deo
pr̃e deꝰ abſqꝫ initio naſcit̃ ſine fine naſciturꝰ. Tu es Auguſta
illa celi terrarũqꝫ regina: cui filius oipotẽs: rex iperũ a pr̃e tra
ditũ voluit eſſe cõe: cuiꝰ ſctm̃ numẽ vel ꝓfunda tartara tremiſ
cũt: cui poſitis paſſim aris mediꝰ hic totꝰ ſupplicat orbis: ad
cuiꝰ venerãdũ nomẽ põtificius apex et ipatoria maieſtas nu/
datũ inclinat verticẽ. Cuius ſe pedibus virginuꝫ cãdor Mar
tyrum laurea: ꝓphetarum aucthoritas Apoſtolorum digni/
tas Angeloꝝ felicitas oĩm deniqꝫ celi ꝓcex celſitudo venerabũ
da ſubmittit Quã ipa q̇qꝫ tota diuinitas ꝑcipuo q̇daꝫ honore
dignã ducit Pater cõmunꝫ gnati parẽtẽ letꝰ agnoſcit atqꝫ am
plectit̃ Filiꝰ ꝓ ſua pietate ꝑqꝫ mr̃is reuerẽtia genitricẽ amat ac

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

honorat. Spūs ſacer ab vtroq3 ꝓfectus: ſe tibi totū infundit puriſſimā illā officinā ſuā libenter agnoſcēs: in q̄ quodā inauditum illud opificiū natura ſtupēte pegit: quū diuīa arte intra virgineū pectuſculū tuū triformē illū gigātē cōflarat inenarrabili cōmiſſura dei verbū: cum hūano ſpū aiam hoīs cum mortali carne cōpigens: triaq3 īter ſe diuerſiſſima ita ferruminans vt hypoſtaſeos ſimplicitas naturaꝝ diſcrimina neutiq3 ꝑturbaret. Et a ſingulis igit̄ precipuus honos habet̄: ⁊ oēs cōiter ꝑrio dignant̄ aſſeſſu: vt ſequndū diuinitatē: nullū habebat celeſte theatrū ſpectaculū te vna admirabili⁹ Proinde ad q̄s eaꝝ celeſtis aule primates tāto īteruallo ſupra ſe ſuſpiciūt ego vermiculus q̄ tandē fiducia frontē attollo: Quo ore mea balbutie tua tento ꝑconia: q̄bus ne āgelice q̄dē voces pares eſſe queāt Sed doceat audaciā hāc o Maria nō arrogātia: verū miſere cōditiōis neceſſitas vincit verecūdiam non toleranda egeſtas ſuggerit hos aīos pietas: miniſtrat fiduciā tua ſingularis benignitas. Si tm̄ mirabilis eſſes o virgo deipara: nō etiā exorabil'. Si min⁹ miſericors: q̄ ꝑcellēs: nō haberet: quo nr̄a aſpiraret mortalitas at nunc q̄tū humilitatē nr̄am tua maieſtas deterret: tm̄ erigit clemētia q̄tūq3 ſubmouet ꝑſtātia: tm̄ placabilitas allicit: q̄tū ꝑſtringit oculos virtutū tuaꝝ fulgor: tātū recreat vmbra mīe: Neq3 tā abes a nobis ꝑminētia meritoruꝫ q̄ ꝓ̄s es opitulādi facilitate Deū pepiſti: mirat̄ celū ſed vtiq3 nob pepiſti reſpirāt hoīes deū edidiſti ſtupeſcit nat̄a ſed edidiſti: nō tonātē nō fulmē vibrātē veꝝ vagientē genuiſti n̄ vindicem ſed recōciliatorē: n̄ ſupplicij ſed ſalutiſ auctorē. deū enixa es ſed vt nos renaſceremur: ergo pepiſti: nō vt nr̄a deſperaret puritas ſꝫ aboleret̄ mr̄es dei ſꝫ eadē mīe mr̄ appellaris neq3 mīe mr̄ eſſe poſſes niſi dei mat̄ eē meruiſſes Tu ſpiritalib⁹ dotib⁹ ſuꝑfuſa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

es: vt tu⁹ cumul⁹ in nr̄am ſanitatē redūdaret. Diuinitati prima es: ne illic nobis deeſſet aduocata. Plurimū apđ deū vales vt eſſet: cui⁹ precibus ⁊ auctboritati iuſtā ī nos irā ſuā poſſet donare Ergo qn̄ q̄cq̄d in te ē o Maria: id nobis iuuandis cōparatū eſt: quo maior eſt tua ꝑcellētia: hoc certior ē nr̄a fiducia: quū q̄ maria es: eadē ſis: ⁊ optīa Nō aſpnaberis eoꝝ quāuis ruſticū pean: q̄rū naturā nō eſt dedignat⁹ tu⁹ fili⁹. Boni cōſules q̄leſcūq̧ hymnos nr̄os mater qn̄ fili⁹ paupcule vidue q̄drātē ceteroꝝ opib⁹ pretulit Nō poteris eoꝝ negligere vota quos tāti habuit gnat⁹ tu⁹: vt ꝓ his ſeruādis ſemet deuouerit Si te cōditoris matrē gaudes appellari: agnoſce filij tui plaſma Agnoſce filij mercē: genitrix redēptoris. Agnoſce ſil' ⁊ argumētū tui cognois: ⁊ laudū tuaꝝ materiā mat' clemētie Quo eni mittꝫ miſeros: ſi tu mīe mater gremiū occludis: Jmo quaꝫ potius hymnis votiſqꝫ ſollicitet erūnoſa mortalitas q̄ꝫ te Maria: q̄ q̄dē inter celites vna tātū vel meritis vel grā: vel auctboritate polles vt ſola iudicis irā poſſis reſtingere Tā eadē ꝓnis ⁊ benignis es auribus vt nulli⁹ ꝑces nō admittas. Tā patiēs vt nullis vnq̄ꝫ egētiū opplorātib⁹ fatigeris Tā ignoſcēs ⁊ placabilis vt aīm tuū nulla nr̄oꝝ ſceleꝝ feditas a nobꝫ ſubleuādis alienet. Tā ꝓdiga: vt neminē īdonatū abs te diſcedere patiare Tā diues vt largiēdo nūq̄ꝫ exhauriri q̄as vt te veluti cornu q̄ddā aureū: ver⁹ ille Juppit' tu⁹ nō ſoluꝫ alūnus: ſed ⁊ filius ꝓpoſuiſſe mortalibus videat': vn̄ nihil ſit rei: qđ nō petitū accipiat Talis es deniqꝫ virgo btīſſima: vt bonitatē tuā nemo terrigenarū nō ſit expert⁹ magnitudinē: ne ſpūs q̄dē etherii cōſequāt' aīo Tu es ꝑfecto nobilꝫ illa virago ī cui⁹ vni⁹ ꝑconia celū parit' ⁊ tell⁹ ⁊ oīm ordo ſeculoꝝ muſica q̄dā harmonia cōcinit. Tu iā olī añ reꝝ exordia ī ſūmo ꝑncipio viuebas ludēs ī orbē traꝝ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

Tu creatis initio ãgelis: ediuīne mẽtis ſpeculo relucẽs gaudiȷ̃
cumulũ adferebas. De te ſtati in ipſis rudis adhuc mũdi pri-
mordiȷ̃s cõditor ipe ꝑmũ edidit vaticiniũ: mulierez olī fore: q̃
calcaneo letiferi ſerpẽtis caput ꝑtereret. Te vetuſtis ſecul'gẽ
tiliũ oracula obſcuris ãbagibus denotabãt. Te ſortes Aegyp
tie: te Phebi tripodes: te Sybillarũ folia portẽdebãt. Te doc
toꝝ poetarũ ora nõ intellectis oraculis p̃cinuerũt. Tu virgo
illa aurei ſeculi renouatrix. Tu vera illa Diana ꝑpetue virgini
tatis tũ auctbor: tũ exẽplũ. Tu triforme numẽ: q̃ tergiminum
nobis gigãtẽ edidiſti quã ter potẽtẽ: formidant inferi venerant
ſuperi medi⁹ hic adorat orbis. Tibi Lucine nomẽ vnice cõue
nit: q̃ ⁊ verũ lumẽ extuliſti: ⁊ nobis vti renaſceremur: lucȝ eter
ne fores aperuiſti. Te nouũ ſimul ⁊ vet⁹ teſtamentũ tãq̃ȝ duo
Cherubin: iũctis alis: cõſoniſq̃ȝ vocib⁹ decãtant. Te myſtica
ſynagoga typicis imaginibus deliniauit: tuũ pean euangelica
tuba clariſſime ꝑſonet. Te litttere Hebreoꝝ aptiſſimis colori-
bus adũbratã repñtarũt chriſtianoꝝ libri tuis te virtutib⁹ ex-
onarũt. Ac prorſus pia q̃dã cõtentiõ ei tua certatũ ẽ preconia
hic a fatidicis vatib⁹: hic a facũdis eccleſia doctorib⁹: vtriſq̃ȝ
eodẽ numine plenis: dum illi te letis oraculis nondum natam
p̃cinunt: hiȷ̃ natam piȷ̃s laudib⁹ proſequuntur Illi promiſſis
haud vanis orbem meſtũ in ſpem ſurrigunt: hiȷ̃ in tui miracu
lum pias ſuſcitãt mentes. Magni nimiruȝ precones: ſed vtroſ
q̃ȝ tuarum virtutum ſuperat magnitudo. Cedit diuinis tuis
meritis p̃ſaga vatũ prudẽtiã: cedit doctorũ p̃diues eloquẽtia
Et torrẽs illa dicendi copia in predicãda ſuã iopiã confeſſa eſt
tu felix illa plãtula de Ieſſea radice ſubnata nihil tñ inde genita
liũ ſordiũ trahẽs humilis virgula de qua nõ pomũ mortiferuȝ
ſȝ floſcul⁹ ille lõge fragantiſſimus prognat⁹ eſt: qui blandiſſi-

mo aſpectu ſuo terras pariter ꝛ celos impleuit leticia cuiꝰ odo
re trahimur i vite celeſtis amorem. Tu mulier illa ꝓphetica q̄
nouo ꝛ inaudito miraculo illibati corporis tui zona virū circū
dediſti citra virilem operam. Tu beatus ꝛ apricus ille paradi
ſus: qui neq; aratro ſciſſus: neq; raſtro vexatus: omnigenas
delicias ꝛ medicamenta progerminat animarum. Tu vite ar
bor: cuius fructus ſalutaris ꝛ preſens ligni quōdā male guſta
ti venena ſuſtulit. Tu nobilis illa domus quā ipſe ſibi dei filiꝰ
patris eterni ſapiētia mirabilis architectus edificauit: ſeptē ꝓ
ceris ac ſolidis colūnis ſuffulciēs vt in eiꝰ penetralibꝰ verſaret
lōge a terrenis ſubmotꝰ affectibus: Is q̄ nō niſi i altiſſimis hī
tat. Tu thronꝰ Solomōis eburneꝰ auro veſtitꝰ. vñ rex ille re
gū carnis velatus trabea iura dixit mortalibꝰ Tu delicati illiꝰ
amatoris ferculū de libani lignis cōpactū: qđ ipe ſibi auro ar
gētoq; ꝛ ardēti purpura mire variauit: dignū videlicet in quo
ille .x. mēſiū ſpatio vectaret tui niuei pectoris typū gerebat flo
ridꝰ ille eiuſdē lectulꝰ quē puritatis amator dei filiꝰ ita celeſtis
militie excubijs oīmq; corōa virtutū mūiuit vt nllū vnq̄ cogi
tatiōi parū pie patuerit aditꝰ i q̄ vno nihil vnq̄ reptū ē qđ aut
deliciātē offēderet ſpōſū aut obſtreperet q̄eſcēti Tu ſacratiſſimū
pacifici regis tēplū: i qđ ille q̄cq̄d ē artis: q̄cq̄d opū trāſtulit tā
religioſū vt eiꝰ adytis vnicū illđ ſctm̄ ſcōꝝ crederet tā magni
ficū: vt i eo rex olympi p̄ſideret tā ſacrū: vt nulla vnq̄ peccati
labe potuerit ꝓphanari Tuā p̄gnātē virginitatē rubꝰ ille myſ
ticꝰ Moyſi falſo flagrare viſꝰ p̄ludebat: q̄ mortaliū vna puer
pere nomen promerita es: quum vxorē nūq̄ p̄ſtiteris Tuam
virgineam fecūditatē virga ſacerdotalis mire adumbrabat: q̄
neq; mortali manu cōſita: neq; terreno ſucco irrigata: ꝛ celitꝰ
cōcipiēdo floruiſti: ꝛ ſine cruciatu pariēs fructū viuificū edi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

diſti. Tui ſimulachꝝ preſegerebat niueū vellꝰ Gedeoniſ:ꝗ a
carnis ꝗdē cōtagio lōge ſemota: at celeſti roꝛe ter cōpluta: tri-
nitatꝭ opificio trifoꝛmē fetū: pura cōcepiſti: pura enixa es: pu-
ra poſt editū partū ꝑmāſiſti. Tui obtinebat imaginē turrꝭ illa
Dauitica: quā vnā cōtra oīa neqꝗſſimi hoſtis tela ꝓpugnaculis
clypeis millenis: oī genaqꝫ virtutū armatura muniuit bella-
toꝛ egregius: vt neqꝫ coꝛpꝰ: neqꝫ aīum tuū vllus vnqꝫ libidi-
nis aſſultus nō dicā expugnarit: ſed ne oppugnarit ꝗdē. Te di
uini vatis inſignis illa poꝛta vaticīabaꝛ: nō ad aqlonē: vñ pādiꝛ
oē malū ſed ad exoꝛtū ſpectās: vñ ſol oꝛiꝛ nouꝰ: ⁊ nouatoꝛ oīm
cuiꝰ integritatis clauſtra pꝛīceps pacis neqꝫ ingrediēs: neqꝫ e
grediēs: violauit: imo cōſecrauit. Tu noui Ade noua: Aeua:
nō nouerca: qꝺ illa vetꝰ; ꝗ fetus ſuos etiā pꝛiuſqꝫ pareret exti
xit: ſed mater: neqꝫ mater moꝛiētiū qꝺ illa ſed reuiuiſcētiū: ꝗ in
cogitabili myſterio de cuius oſſe fueras genita: eū ipm̄ de tua
carne viciſſī genuiſti nec ab alio fecūdidata qꝫ quē peperiſti vt
īextricabili enigmate: eidē ſimꝉ fueris ⁊ filia ⁊ ſpōſa: ⁊ maꝛ Tu
mendaciſſimi colubꝛi venena ipſius caput retoꝛſiſti. Tu aīoſa
illa uirago: ꝗ pulcherrimū auſa facinus allophyloꝝ ducē com
munē humani gn̄is hoſtē clauo cōfixiſti Tu ſeculꝭ oībus cele-
bꝛanda Iudith: que late graſſantē tyrānum tartareū: ſola truci
dās: populo tuo ꝑ certa deſperatiōe ſubitā ſalutē ac triūphū
rettuliſti. Tu foꝛmoſa Heſter delicie regis etherei: ꝗ triſte moꝛ
tis decretū gladioſqꝫ iā in tue gētis iugulos intētatos: in ipm̄
cedis machinatoꝛem depuliſti. Tu mōs ille adamantinus: vñ
ſine manibus exciſus eſt lapis ille angularis: ꝗ fecit vtraqꝫ v-
nū: cui innitiꝛ oīs edificatio: non ceſſura tempeſtatibus huiꝰ
ſeculi: in quem ꝗſquis inpegerit elidetur Tu floꝛē enixa cāpeſ
trē: roſa Hierichana quā nō ſuꝑbie ſcopuli ſꝫ ſīplicitatꝭ plani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

cies ⁊ modeſtie humilitas educat: quã diuina charitas purpu
reo rubore tīxit: ꝙ de terra parẽte ꝓgnata nihil tñ terrenę fecis
iñ ſuxiſti. tu liliũ cõualliũ mr̃ liliũ ⁊ ipã medio ĩ ſpineto ſine ſpi-
nis enatũ ꝗ lacteo candori virginitatꝭ ſũmã modeſtiã adiũxiſti
Tu fons ſignatꝰ. cuiꝰ nitidiſſimas lymphas nulla feria vnꝗ̃
libauit affectio: ĩ quo ſpõſi refulgẽtẽ imaginẽ nulla terrena tur-
bauit cupiditas: ꝗ̃ medicatas aq̃s tuas diriuas ĩ capita viaꝝ
oĩm: ꝗ̃ poete nos nõ vocales ꝙdẽ: vt ille Caſtalie: ſed ĩmorta-
les reddũt. Tu hortus ille diuine cuſtodie ſepe ſic circũmuni-
tus: vt nulla vnꝗ̃ petulca cogitatio ꝙuerit perrũpere: in quo
varias aromatũ areolas ſũmus ille ortulanꝰ mira diſtinxit ar-
te: vbi idẽ inter lilia paſcit accubat ĩ meridie. Tu ſãcta ciuitas
Syon: cuius menia nullus vnꝗ̃ Babyloni hoſtis aries pul
ſauit: Quã ĩexpugnabilis munimẽtis tutatus eſt: is ꝙ natus
eſt in ea: ꝙꝫ fũdauit altiſſimꝰ cui videlicet ipſe ⁊ murꝰ ẽ ⁊ an-
murale. Tu Hieruſalẽ: in ꝗ̃ vna ſibi pacificus ſedẽ delegit re-
giãqꝫ ac tẽplum edificauit. Tu vite ſpeculũ tã nitidũ ac purũ
vt in nullo alio diuinitatis effigies refulſerit expreſſius Tu vir-
gula fumi ex aromatibꝰ myrrhe ⁊ turis: ⁊ vniuerſi pulueris pi-
gmẽtarij: ꝗ̃ ſic incẽſa celeſti charitate: ſic a caducaꝝ reꝝ amore
extenuata puriſſimis votis aſſidue ſugna petebas: vt ipſis etiã
celiginis mẽtibus miraculo fueris tu noua terra totiẽs adeo ꝓ-
miſſa: ꝗ̃ diuino grauida ſemĩe: nõ ſpinas ⁊ tribulos: quẽadmo
dũ vetꝰ illa maledicta: ſed vite cibũ ꝓtuliſti. tu vitis illa gñoſa
de cuiꝰ palmite nobilis ille botrus ꝓdijt quẽ vnum duo teſti-
menta hũeris baiulãt: tã graue vt ĩ ſtatera appẽſus ingẽs oĩm
ſceleꝝ nr̃oꝝ põdus in altum ſubmouerit: taꝫ efficaci ſucco tãqꝫ
gñoſo: vt guſtatꝰ repẽte tot hoĩm milia ad vite vſqꝫ cõtemptũ
ſobria dementauerit ebrietate. Tu procera illa Lybani cedrꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 44

late ꝟtutū ſpargēs odorē q̄ mortaliū ſola viroꝝ carnē nō ſēſiſti
qui ⁊ allita nr̄is aīs eādē arces: dn̄ tuo ꝓuocati exēplo: tot paſ
